



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

88. Fer. 5. Ille diligit proximu[m], qui se negligit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

144 Feria 5. Dom. 2. Quadrag.

Sti adventum prænuntiavit, me ad Fidem erexit, à malo retraxit, ad amorem Salvatoris inflammavit, ad mihi renuntiandum, in prosperis & adversis, corpore, & anima, viu & morte, tempore, & æternitate exemplo Filij Dei me permovit.

MEDITATIO LXXXVIII.

Feria 5. Dom. 2. Quadrag.

*Ille diligit proximum, qui se negligit.*

**A** Spiciam Dominum ter interrupto cum Patre colloquio ter ad suos visitandos & animandos abivisse. Petam cognitionem vræ in proximum dilectionis.

*Conf. 1. Quomodo venit ad Discipulos suos, & invenit eos dormientes, & dixit: Si. itane ubi promissa? non potuistis una horâ ri. gilare mecum, non solum vigilante, sed etiam orante, sudante, & cum morte pugnante? Vos, qui me dormiente pugnare debebatis, ne vigilare quidem momento potuistis? Et Petro inquit: Simon dormis? non potuisti una horâ vigilare mecum corpore & mente, quomodo ergo mortem spernes? Vigilate & ora te, ut non intretis in me negandi temptationem. Spiritus quidem promptus est ad confundendum, caro infirma ad tolerandum: quia nondum virtute induiti ex alto. In temptationem intrat, qui orare negligit.*

*Conf. 2.*

Feria 5. Dom. 2. Quadrag. 145

Conf. 2. Quomodo peractâ oratione se-  
cundâ redierit, imò & tertiâ, re diens invenie-  
rit eos dormientes, erant enim oculi eorum  
gravati, & ignorabant, quid responderent ei.  
Gravati oculi non tam corporum, quám  
animorum vicinâ negatione: Vel gravati so-  
mno: Quia erat multa nox: Vel gravati hu-  
more p̄æ tristitia: Solet enim mœror animi  
sicut lacrimas exprimere, ita vaporess in cere-  
bro excitare, unde nascitur sōnus; videmus-  
que infantes postquā fleverunt, altè dormire,  
& viros, cùm in luctu sunt, opprimiti somno.

Conf. 3. Quomodo Christus sui negligens  
ipsois invisat; sic auri faber p̄æclarum opus  
in fornace liquans colloquium animi rescindit:  
Mater ægrotum filium surgens à mensa  
visitat, jamq; excitat, jam dormire sinit, ne  
molesta sit: Sic avis metuens pullis nidum  
circumvolat, & dux in acerrima obsidione  
vigil ad portas se sistit: Et Christo minor est  
vitæ imperrandæ, quám suorum commodis  
procurandis cura, dum sui oblitus in tanto  
rerum cardine cum Patre interrumpit collo-  
quium. Discam suspectam esse charitatē Dei,  
quę caret metu, curā, & solicitudine proximi  
sui.

#### MEDITATIO LXXXIX.

Feria 6. Dom. 2. Quadrag.

Omnis patiens latet.

G

Aspi-